



Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt II. Presbyteri Vocabulo Et Episcopum designat Apostolus, & idcirco
etiam huic mandat, quod præcipie illi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

CAPVT II.

PRESBYTERI VOCABULO ET EPI-
scopum designat Apostolus, & idcirco etiam
huic mandat, quod precipit
ille.

S. I D luculentissimis S. Scripturæ testimoniiis cor-
 firmat epistola 85. ad Euagrium S. Hieron. quem audire
 opera erit pretium. In actibus ait Apostolorum, ad viiius ecclesie
 sacerdotes, ita Paulus loquitur cap. 10. v. 28. Attendite vobis,
 & cuncto gregi, in quo vobis Spiritus sanctus posuit episcopos, ut
 regeretis ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Audi &
 aliud testimonium Tit. 1. v. 1. Propterea hoc reliquæ te Crete, ut
 quæ deerant, corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitati,
 sicut & ego tibi mandaui. Si quis est sine criminе, vnius uxoris
 filios habens fideles, non in accusatione luxurie, aut non subdi-
 tos. Oportet enim episcopum sine criminе esse, quasi Dei dispen-
 satorem. Et ad Timotheum 1. epistola cap. 4. v. 14. Noli negli-
 gere gratiam, quæ in te est, quæ tibi data est per prophetiam, per
 impositionem manuum presbyteri. Sed & Petrus in 1. epist. c. 5.
 v. 1. Presbyteros, inquit; in vobis precor compresbyter, & iefu
 passionum Christi, & futura glorie, qua reuelanda est, particeps,
 regere gregem Christi, & inspirare non ex necessitate, sed volun-
 tariè iuxta Deum, quodam quidem græce significantius dicitur,
 Εποκονω. 1. 1. id est superintendentes, unde & nomen episcopi
 tractum est. Parua tibi videntur tantorum virorum testimoni-
 a? Clangat tuba euangelica, filius tonitrui, quem Iesus ana-
 uit plurimum, qui de pectore salvatoris doctrinaru fluet apud eum:
 Presbyter electa Dominæ, & filijs eius, quos ego diligo in verita-
 te, epist. 2. & in alia epist. 3. Presbyter Cælio charissimo, quem
 si electus vi- ego diligo in veritate. Quid autem postea unus electus est, qui ca-
 api coram teris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne vnu-
 administratur, quisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet:

§. Comi-

§. Communia ergo illis fuere nomina, quod & docet D. Beda lib. i. in Lucam cap. 10. Sicut duodecim Apostolos, aut formam episcoporum exhibere & premonstrare nemo est qui dubiter, sic & hos septuaginta duos figuram presbyterorum, id est, secundi ordinis sacerdotum gesisse sciendum est. Tametsi primis ecclesiis temporibus, ut Apostolica scriptura testis est, utriusque presbyteri, utriusque vocabantur episcopi. Quorum unum sapientia maturitatem alterum industrias cura pastoralis significabat. Sic & S. Clemens epistola ad Iacobum fratrem Domini, S. Anaclet. epistola 2. Leo epistola 88.

§. Eandem in sententiam it Angelicus Doctor S. Thomas Aquinas 22. q. 183. art. 6. ad 1. De presbytero, ait, & episcopo duplice loqui possumus, uno modo quantum ad nomen, & sic olim non distinguebantur episcopi & presbyteri. Vno modo quantum ad nomen, & sic olim non distinguebantur episcopi & presbyteri. Vnde & Apostolus communiter vocatur nomine presbyterorum, quantum ad utrosque cum dicit 1. Timoth. 5. Qui bene presunt presbyteri duplice honore digni habeantur. Et similiter etiam nomine episcoporum. Vnde dicit Actor. 20. Presbyteris Ephesinae ecclesiæ loquens: Attendite vobis & uniusvero gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Sed secundum rem, semper inter eos fuit distinctio, etiam tempore Apostolorum. Postea tamen ad schisma vitandum, necessarium fuit, ut etiam nomina distinguerentur, ut scilicet maiores dicerentur episcopi, minores autem presbyteri.

§. Duæ autem potissimum sunt causæ, cur Episcopi Presbyteri, & Presbyteri Episcopi olim nominabantur. 1. quia in ordine summo, qui est sacerdotij, presbyter pars est Episcopo, hoc est in potestate consecrandi Eucharistiam, sacrificandi, & a peccatis solvendi, impartamen in potestate ordinandi & consecrandi Ecclesiæ ministros, & iurisdictionis. Altera causa est, quia olim communi consilio, labore, & spiritu presbyterorum regebantur Ecclesiæ. Act. 15. v. 6. Conuenierunt

Apostoli & Seniores (presbyteri) videre de verbo hoc. Muniamen eorum semper distincta fuerunt.

§. Certum ergo & indubitatum nobis esse debet, quod quæ virtutis documenta aut Presbyteris, aut Episcopis tradit Apostolus, in utroque rectissimè conueniant, & utrisque pariter dare voluerit. Eapropter S. Ioaunes Chrysostomus homil. 11. in cap. 3. prioris Timothie, Postquam ait, de Episcopis dixit, eosque formauit, quidnam illos habere conueniat, a quo item abstinere necessum sit, dictam, omisso interim presbyterorum ordine, ad diaconos transit. Cur id, quæso? Quia scilicet inter presbyterum & episcopum inter est ferme nihil. Quippe & presbyteris Ecclesiæ cura permissa est. Et quæ de Episcopis dixit, ea etiam presbyteris congruant: sola quippe ordinatione superiores illi sunt, atque hoc tantum plas quam presbyteri habere videntur.

**Cui i. Tim
3. v 1 salu-
taria moni-
sa & p. ace-
pta.**

§. Contra vero arbitratur censemq; in huius loci commentario B. Theodore. hæc salutaria Apostoli mandata potissimum Presbyteris data ac deinceps episcopis. Etiam si, inquit, presbyteris has leges constituit diuinus Apostolus, clarum est, quod has leges oportet primos seruare episcopos, ut qui sunt maiorem dignitatem assedit. Nobis satis est demonstrasse utrisque pariter ita S. Pauli dogmata quadrare,

C A P V T III.

EPISCO PATVS PRESBYTERATV excellenter est.

QVIA nomina, pleraque officia, & hæc Sancti Pauli decreta & monita Episcopis & Presbyteris communia esse docuimus, ne supera infera, & colum terræ mucrone videamus, operæ erit pretium ostendere, Episcopatum ordinis, potestatis, iurisdictionis